Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tangebant eum. salui fiebant. Dom. i. m. xl.
Rs. Hortamur uos. Adcorinth.
Ne uacuum gram dei recipiatis. Ait enim.
Tempore accepto exaudiui te. & in die sa
lutis adiuui te. Ecce nunc tempus accep
tabile. ecce nunc dies salutis. Nemini dan
tes ullam offensionem ut non uituperetur
ministerium nrm. sed in omnib; exhibeamus
nos metipsos sicut dei ministros. in multa
patientia. in tribulationib;. in necessitatibus.
in angustiis. in plagis. in carceribus. in seditio
nib;. in laborib;. in uigiliis. in ieiuniis. in casti
tate. in scientia. in longanimitate. in suauita
te. in spu sco. in caritate non ficta. in uerbo
ueritatis. in uirtute dei. per arma iustitie a dex
tris & a sinistris. per gloriam & ignobilitatem. per
infamiam & bonam famam. ut seductores & uera
ces. sicut qui ignoti & cogniti. quasi mori
entes & ecce uiuimus. ut castigati & non mor
tificati. quasi tristes. semper autem gaudentes.
sicut egentes. multos autem locupletantes. tan